*mario: Sacri Lateranenſis palatij, Aulæq; noſtræ Cæſareæ, & Imperialis Conſiſtorij Comiti: gratiam noſtram Cæſaream, & omne bonum. Pervetuſta atq; laudatiſſima Divis prædeceſſoribus noſtris, Rom. Imperatoribus, ac Regibus, conſuetudo fuit: ut cum honorum & dignitatum incrementa, ab Imperatoriæ Maieſtatis ſplendore, tãquam lumen à ſole dimanent, ſingularem adhiberent curam: ut in ijs decernendis, liberaliores ſe erga eos præberent: qui non tantum ab honeſta generis origine, ſed etiam à præclaris actionibus, & virtutum ſtudijs, ſibi commendarentur: Idq; non ſolum, ut dignum illi ſe præmium conſecutos, ſibi gratulari poſſent.*